

bona eorum sint nostre curie vel aliis ratione officiorum vel ex
 causa alia obligata; caute, quod fideiussores ipsi et approbatores
 eorum predicto modo sint sufficientes et idonei, cum hiis esinde
 totaliter incumbamus. factis de fideiussione huiusmodi tribus
 scriptis publicis consimilibus, continenibus: formam presentium,
 nomina et cognomina fideiussorum, quos ab eo receperis, et quan-
 titatem pecunie, in qua quilibet ipsorum fideiusserit, et nomina
 et cognomina illorum, per quos fideiussores ipsi fuerint approbati,
 quorum uno tibi retento aliud camere nostre et ^{predictis} ~~magistris~~ ^{magistris} ^{12/}
~~magistris~~ rationalibus ad tardius per totum mensem februarii proximo
 venturum infallibiliter destinare procures. predictam vero conces-
 sionem ipsarum cabellarum secrete et salis, factam dicto Ma-
 theo per excellenciam nostram pro predictis quantitatibus pecu-
 nie victualium et vini cum iuribus pactis et conventionibus
 supradictis, in terris fauoris ipsarum parcerem facias publice
 subastari. et si ante vel infra vel post bidnum subastacio-
 nis ipsius faciente in partibus ipsis aliqui licitatores apparu-
 erint, predictas cabellas secrete et salis predicto modo aug-
 mentare volentes, dicas licitatoribus ipsis, quod ad curiam
 nostram veniant scriptum concessionis ipsarum cabellarum
 sub sigillo nostro a curia nostra, si voluerint, recepturi; factis
 de subastacione huiusmodi in quolibet predictarum terrarum
 scriptis duobus publicis consimilibus, quorum unum tibi reti-
 neas et aliud predictis magistris rationalibus sine mora trans-
 mittas. et si forte dictus Mathaeus tibi predictam fideiusso-
 riam cautionem dare distulerit vel neglexerit, ipsum ad eam
 prestandam instantes ea, qua expedit, coercione compellas.
 et quia persepe quamplures dolose et collusive allegant et

^{12/}
 2) fidel. Reg.